



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

III. Vnus in causa potest procedere, si id contineatur in mandato, lites etiam, quae concordia vel iudicio terminantur, non debent suscitari.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

quod sententiam ipsam non teneris, si nolueris, confirmare. Sed id tibi ex officio tuo noueris imminere, vt si ad eorum mandatum iudicium non possit executioni mandari, eis præbeas auxilium & fauorem: & ipsam, si noueris rationabiliter promulgatam, poteris confirmare.

CAP. II. *Idem.*

Si super causâ quâ tibi ex nostra delegatione committitur a personis ecclesiasticis vna vel pluribus, quibus, vt parcas laboribus partium & expensis, cognitionem ipsius causâ & testium examinationes, tibi sententia reseruata, committas, appellatio fuerit interposita, appellationis intuitu causam indefinitam relinquere non teneris.

CAP. III. *Idem * Exoniensi episcopo.*

Suggestum est auribus nostris, quod clericus A. nomine, in sacerdotio genitus fuerit ex incestu, & pro persona personatum ecclesiæ de * Bradenar, in qua pater eius ministravit, quod sibi non licuit, matrimonium contrahere de quadam temeritate præsumpsit. Ceterum quia causam super crimine non consueuimus alicui committere, nisi primo comparerent in nostra præsentia, qui personam illam super eodem crimine vellent impetere, causam ipsam tibi iudiciario ordine non * commisimus terminandam: discretioni tuæ, &c. quatenus rei veritate diligenter inquisita & cognita, si tibi constiterit, publicum & notorium esse, quod est de iam dicto clerico nobis propositum, maxime de matrimonio contracto, (quod si verum est, te latere non poterit) eum a præscripta ecclesia, auctoritate nostra, appellatione remota, non differas perpetuo amouere.

Intra parte
ultima c. 38.
diffinitur
quid sit no-
torium.

* com-
mittimus

CAP. IV.

*Idem abbati & conuentui maioris ecclesiæ Monasterii
& H. eorum clerico.*

Locus men-
dosus.

Iam pridem, sicut bene meminimus, recepta querela vestra a Cestriæ capellam de Herdelei, quam ad ecclesiam vestram de Estun asseuerastis iure parochiali spectare, contra iustitiam detinebant. Causam ipsam abbatibus Leicestriæ & Lilleshullæ commisimus terminandam: ita